

1496. 27<sup>a</sup> Febr. Ex Ms. Capituli Varmien<sup>sis</sup>

489.

27  
Ioannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniae Supremus  
Dux Lithuaniae, Rusiae, Prussiaeque Dominus et haeres  
Reverende in Christo Pater sincere Nobis dilecte. Vellemus quoque  
prius promotione Venerabilis Joannis Crapier ad Ecclesiam Cul-  
mensem facta, Honorabilis Andreas Pranda de Borowo Nota-  
rius Noster, Canonicatu et Præbendis suis Varmiensibus, consola-  
retur, atque ideo affectamus Vestram Paternitatem quatenus eorundem  
sibi favere velit, et operari, ut Canonicatum et Præbendas eandem  
assequantur Opera et favore Vestra Paternitatis. Datum Sando-  
mivia Dominica in Crastino Sancto Dorothea Virginis Anno  
Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Sexto  
Regni vero Nostri Anno Quarto

Commissio propria  
Domini Regis.

Reverendo in Christo Patri  
Domino Lucae Episcopo Var-  
mieniensi sincere et Nobis dilecto

Varmien<sup>sis</sup> Prussia.

